

## Aduertencias para

proferat verba, dum modo sint testes, & peccet non proferendo verba in Concilio expressa, vel alia secundum ritum Prouinciæ, Matrimonium tamē est validum. Quia Matrimonium erat validum ante Cōcilium, dū modo esset inter personas alias legitimas, & alia seruarentur, ergo & modo post Concilium Tridentinum. Et quando Concilium Tridentinum, Sess. 24. cap. 1. de Reformatione dicit. Nullum esse Matrimonium nisi presente Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia celebretur, intelligitur quantum ad validitatem cōtractus Matrimonij: nam ante diffinitionem Concilij, Matrimonium Claustrinum, nullo Sacerdote presente erat verum Sacramentum: modo autem Conciliū illegitimauit contrahentes nisi in presentia Parochi, aut alterius Sacerdotis, de eius licentia & coram duobus, aut tribus testibus contrahant,

21 ¶ Et quia Sancta Synodus ibidem coniuges hortatur, vt ante quā contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ, Sacramentum pie accedant, debet Parochus contrahentes  
admo